



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

26 Census venditus, an pro parte redimi possit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

cenfurarii, sed satis est, quòd illud sit res immobilis, & verè quocannis reddere possit tantam, vel maiorem quantitatem reddituum, quàm sit census impositus, 27 ut consuluit idem Navar. cons: 9, numer: 1, decens. par: 1, & Card Tolet. eod: lib: 5, c: 47, vers. secundò, ut sint. post med.

Quantùm † verò ad censuum justam 25 æstimationem, observanda est Provinciae consuetudo, ipsaque communis hominum æstimatio, quæ cuilibet rei iustum pretium definire solet. l. pretia ff: ad l. falc. Sylvestr, in verb: usura: 2: q: 12: vers: 1. Navar: d: conf: 9. n. 2. Covar. lib. var. res. sol. c. 9. lib. 3. n. 6. vers. ex quibus & Grass. dict. decis. 118. n. 25. Et communi vsu videmus, quòd valoris pretii prædiorum, nec reddituum eorundè, dummodò tantùm reddant, quantum sufficiat ad census solutionem, non sit diligens inquisitio, & & communis provinciae vsus est attendendus, ex supra deductis.

Aliam ponit conditionè Navar. eod. com. de usur. n. 85. vers. quinta, quòd, & nu. 95. quòd census in toto, vel parte redimi potest, quæ non legitur in Pii V. constit. Et in extrau. Mart. V. & Calixti III. de 29 empt. & vend. habetur, † quòd venditoribus data fuerat facultas, atque gratia, quòd ipsum annum censum in toto, vel in parte pro eadem summa, quàm ab ipsis emptoribus receperat, quancumque vellent, libere extinguere, & redimere possent, & si ita inter contrahentes fuerat conventum, conventio erat servanda. Sed hodie non puto, opinionem Navar. veram, cum sit expressè contra formam, eiusdem constit. quòd pro parte redimi possit, sed pro eodem pretio, ut ibi in

eod. constit. s. sicut etiam, & Card. Tolet. de instrukt. sacerdot. lib. 5. cap. 45. in fin.

Creditor † enim non tenetur invitè dividere creditum, & partem recipere, tutor. s. lucius: ff: de usur: & fruct: & Bart. in l. quidam. n. 2. ff: si cert. pet. puto tamen, quòd pacto inter partes convento, legitime & non contra formam constitutionis posset apponi conditio, † & facultas censum in toto, vel parte redimendi, quia non repugnat constitutioni; & contractus ex conventionem legem accipiunt. Bar. in l. si ut certò s. nunc videndum. ff: commod. pluresque alias conditiones ponit Navar in eo, com. de usur, gl. 2. sub numer 90. cum pluribus seqq. & Greg. de Valent, tom. 3. disput. 5. quæst. 22. de cens. punct. 7. vers. dico tertio, quæ sonant potius in pactum & non invalidant contractus, sed pro non adjectis habentur, quia nullius sunt momenti; ut in constitutione, ibi, nullo modo valere voluimus, & ibi, irrita sit, & nulla; plura enim pacta, si apponantur in census constitutione, sunt nulla, quæ tamen non invalidant contractum.

Exceptioni † casus fortuiti, nisi eius, qui venit ex natura contractus, renunciari non potest, & facta non tenet, contra regulam sed & si. s. quæsitum. ff: si quis caut. Navar. eod. com. de vsu. d. n. 90. & tenet idem Navar. quòd constitutus censum obligari non debet, de non alienanda re censui supposita, sine consensu eius, qui censum acquisivit, quia auferret liberam facultatem de rebus suis disponendi contra naturalem æquitatem, qua rerum suarum quilibet est moderator, & arbiter. In